



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio VI. An saltem ad hoc duorum vel plurium infamium  
denunciationes sint necessariæ?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

A  
stinguunt inter infames & non infames denunciatos, ergo nec nos debemus distinguere. Confirmatur, quia si distingueretur, semper fere elidentur denunciationes: quia ut plurimum denunciatur persona non diffamata, & in hoc crimine vix aliunde quam ex denunciationibus oritur initium diffamationis. Tum etiam quia haec est indeoles istius delicti, quod rarissime possint ab alijs denunciari quam ab infamibus: quod quando accedit, infames admittendos, dovent *Soz. in reg. 415. Menoch. de arbit. q. 27. num. 7. Grammat.* & alij communem dicit *Clarus §. fin. q. 24. n. 13. & q. 25. impr.* Denique non obstant huic sententiae, *Carolina art. 1.* nec *Macardus* aut alij quia loquuntur de denunciatione ab uno complici facta.

C  
igitur aliquando plurimum sociorum testimonium non eliditur per bonam famam solam quantumvis certam: vt dictum aliquando vero eliditur: & mea quidem sententia à Iudicis arbitrio dependet iudicare, quando elidatur, quando non: quia à iudicis arbitrio pendet decidere in animo suo, quod nam certius in individuo sit in iudicium bonae famae, an denunciationis plurum. Quando certius illi vindetur indicium bonae famae, tunc retinetur abstinere à tortura, *juxt. Bart. in l. 1. §. 1. D. de q. Angel. de malef. in vers. quod fama publ. nu. 34. Marsil. in §. diligenter n. 190. Alex. cors. 180. nu. 9. lib. 2. Grammat. voto. 3. n. 23.* ubi etiam ad id adducit. *Ioan. And. & Bald.* sic etiam *Farinac. q. 38. num. 110.* Sin vero urgentiores & firmiores iudicet copicum. denunciationes, procedat ad torturam, saltem leniorem. Dependet ergo res, à pondere indiciorum, ut praeualeant grauiora, ut olim docui d. lib. 5. section. 3. vers. conditiones autem, cum *Prospero Farnac. d. operis qu. 47.* & ad mentem *Carolina.*

Concl.

A

## QUÆSTIO VI.

*An saltem ad hoc duorum vel plurium infamium denunciationes sint necessariæ?*

B  
*Si non: adhinc alia adminicula, vt minimum requiruntur denunciationes duorum virorum vel pluriū mulierum. Nam unius non sufficere, maxime contra personam bona fama dictum satis plurimi enim facienda virtute precedentis merita l. 3. §. sed si sex improprios. & l. non omnes §. à Barbaris l. de re milit.*

D  
*Dixi (ut minimum) quia saltem requiruntur duo vel tres (ut dixi) nec pauciores inquam sufficerint: non tamen semper isti duo vel tres sufficerint: si tanta sit vis bona famæ propter magnam personarum inæqualitatem (v.g. si Princeps denunciatur à suis subditis) ut duobus vel tribus ipsa adhuc bona fama præponderet: tunc enim tot denunciationes requirerentur, quod possint præponderare. Sic Pater Valentia. tom. 3. in D. Thom. diff. 6. q. 3. punto. q. 3. vers. secunda regula, & Pet. Binsfeld. d. concl. 6. Aliquando ergo sufficiente duo, aliquando plures requiruntur, pro circumstantia personarum.*

## QUÆSTIO VII.

E  
*An ultra denunciationem plurium, denunciati diffamatio requiratur in criminibus exceptis, ut posset procedi ad inquisitionem speciali, & ad torturam?*

F  
*Non queritur an ad inquirendum vel torquendum sola fama sufficiat*